UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVIII. Theologia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

poſſit. Farin. *ibid. num. 6.* præterquam in caſibus exceptis, de quibus Umm. *in judic. proceſſ. diſp. 56. theſ. 7. num. 47.*

XL.

Teſtes duo æquipollent tabellioni, gl. *in c. placuit. §. hæc. de præſcr. in fin. 16. q. 3. vid. ſupr. lit. N. cap. de Notariis.*

XLI.

Teſtis de auditu deponens nil probat, *l. teſtium 18. l. ſolam 4. C. de teſtib. l. 2 §. idem Labeo 8. ff. de aqua pluv. arcend.* Innocent. *in cap. præterea. & cap. cauſam quæ de teſtib.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 106. num. 19.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 248. num. 5.* Zaſ. *conſ. 4. num. 16. vol. 2.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num. 314.* Mynſing. *6. obſerv. 38.* Beſold. *conſil. 46. num. 70.*

Limita, niſi quando verſamur in antiquis, per ea, quæ tradit Cravett. *in tract. de antiq. tempor. p. 1. §. viſo de fama in antiquis. num. 1. & ſeqq.* allegatus à Gœdd. *1. conſ. Marp. 28. num. 202.* Modeſtin. Piſtoris *1. conſil. 27. n. 18. & 19.*

XLII.

Teſtis de proprio facto deponens plene probare dicitur, *l. quæro 58. §. fin. ff. de ædil. edict.* Paul. de Caſtr. *in l. ſervos. C. de teſtib. & in l. quicunque, in fin. C. de ſerv. fugitiv.* Petr. de Benintend. *deciſ. 62. dubium erat.* Tiraquell. poſt alios multos à ſe citatos *in tract. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 14. num. 47.* Franciſc. Vivius *in commun. opin. 394. incip. teſtis unicus.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit. 369. num. 6.*

XLIII.

Teſtis propriam turpitudinem allegans non eſt audiendus Bald. *in l. ſi duo patroni 13. §. idem Julianus 2. in fin. ibi: nec pati eum judex debet. ff. de jurejur.* Henric. Boich *& Dd. in c. inquiſitionis § tertiæ de accuſat.* Viv. *Commun. opin. lib. 2. opin. 285.*

XLIV.

Teſtis de credulitate ſive judicio ſuo deponens non probat. *gl. in l. teſtimonia de teſtib.* Bart. *in l. 2. §. item Labeo in verb. dicitur habere. ff. de aq. pluv. arcend.* Innocent. & Dd. *in c. quoties 5. de teſtibus.* quanquam textus ille aliquod teſtimonium credulitatis nempe cum relatione majorum admittat. Alex. *in rubr. ff. de jurejur.* Dec. *conſ. 246. in cauſa inquiſitionis n. 5. & conſ. 524. viſis his quæ plenè & conſ. 657. requiſitus numer. 2.* adeò ut ne is quidem teſtis probet, qui ſe firmiter ſive pro certo credere dicit. Dec. *conſ. 524. viſis his quæ plenè. num. 2.* Bald. *in l. ſive poſſidetis. verſ. quæro C. de probat. per text. in d. c. tertio loco de probat. ibi: ſe pro certo credere.* Apoſtil. ad Mattheſ. *in ſing. 37. Nota quod ſi quis. num. 14.*

CAP. XVII.
Textus.
Axioma I.

Textus juris omnium auctoritatem ſuperat. Vult. *1. conſ. Marpurg. 34. num. 49.* unde etiam & dicta Dd, ſecundum leges & jura ab ipſis allegata intelligi debent. Bart. *in l. non ſolum §. ſi liberationis ff. de liberat. legat. l. cum quidam. 12. ff. de his quib. ut indign.*

II.

Textus, cujus varius eſt intellectus, nullum validum præſtare argumentum poteſt. Bart. *in l. in ambiguo 3. de reb. dub. vid. ſupr. lit. L. in voce Lex.*

CAP. XVIII.
Theologia.

Theologia ſuper omnes ſcientias eſt favorabilis, *c. ult. extr. de Cleric. vel Monach.*

CAP. XIX.
Theſaurus.
Axioma I.

Theſaurizare non debent parentibus filii, ſed contra. *c. cum Apoſtolus 6. extr. de cenſib.*

II.

Quoties quis theſaurum in ſuo prædio licitis mediis invenit, toties eundem ſuum facit; ratio conſiſtit in jure acceſſionis, juxta quod omne id, quod ſub fundo meo deprehenditur perpendiculariter usque ad centrum terræ, meum eſt. Si ergò theſaurum in prædio meo vel caſu fortuito vel datâ operâ invenerim, meus eſt, etiamſi adhibuerim virgulam Mercurialem; nam & hoc medium habetur pro licito in metallifodinis. Hinc ei dolus non poteſt imputari, qui id agit, quod alii communiter agere conſueverunt. *Bart. in l. ſi pignore 22. §. ult. ff. de pign. act.* conf. *Speidel. Theſ. Pract. voc.* Schatz.

III.

Quoties quis theſaurum in loco non ſuo invenit fortuitò, toties pro dimidio ſuum facit. *l. un. C. de theſaur.* Quia Deus inventore potiſſimum uſus eſt tanquam inſtrumento benefaciendi domino loci: æquum eſt ergò, ut hic inventori loco præmii aliquid relinquat, cujus ſummam determinavit Imperator in *d. l. un.* Ita quoque uſufructuarius theſaurum in fundo uſufructuario inventum dividit, *Carpzov. P. 2. C. 53. def. 6.* Idem eſt in marito, ſi in fundo dotali, in creditore, ſi in hypothecâ invenerit *l. 63. §. fin. ff. de acquir. R. D.*

Limita: modò non datâ operâ vel artibus magicis invenerit, ſic enim totus pertinet ad loci dominum, ne hic alioquin jure ſuo absque ullâ culpâ privetur.

IV.

Quoties de domino pecuniæ ullo modo probabiliter conſtat, toties theſaurus non eſt. Quia ſic eſt alicujus. Et ita pecunia proprietario reſtituenda, *l. 31. §. 1. ff. de A. R. D.* Hinc igitur nummi in veſte venditâ reperti non ſunt theſaurus, ſicut nec moneta novæ formæ in terrâ reperta *Carpz. P. 2. C. 53. def. ult.* Hinc idem circa hanc juris, quod aliàs in re inventâ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN